Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

Quaestio 2.

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

Divisionem 1.ma Dialectica ...entia Sermocinalis.
Divis. 2.a Practica, et ...dem Activa.
Divis. 3. Liberalis dr.

1.ma divisione Dialectica sive Logica inter Sermocinales.
2.a inter practicas, et quidem Activas.
3. inter inferiores quidem, sed liberales ponitur. Vide Fonsec: secundo Metaphys. c. 3. q. 2. sect. 5. Et Conimb. in Logicam. q. 2. et 3. proœmial.

QUAESTIO 2.da

De Nominib: Nãa, et Fine Logices.

...cognitione Nominum. Nãæ Finis scdm ordinem drãæ ...titia dependet.

Ut facilius illigatur quid de Nominib. et nãa sentiendum sit prius investigabimus, quisnam eius Finis. Hoc v.o ordo drãæ postulat, cum ex cognitione illorum notitia dependeat. Prætermissis igitur aliorum sententijs hac de re, quas videre poteritis apud Fonsec: loc. antea cit. q. 1. sect. 2. quisnam Logicæ proprius finis et peculiaris sit, ex imbecillitate rãonis humanæ colligendum est. Est n. communis Philosophorum sententia Logicam ad rationis vitia emendanda q̃sitam et inventam ee: propria autem rationis vitia in eo cernuntur, quod nec facile nec sine erroris periculo per ea, q̃ novimus, incognita investigare possumus. Unde effuitur, ut proprius Logicæ finis sit viam et rãonem tradere, qua facile et sine errore possimus ex cognitis incognita intelligere ac aperire. Dixi propria rãonis vitia, non intellectus, nam intellectus humanus quatenus distinguitur ab intellectu substantiarum separatarum, dr rão, propriumq eius est ex cognitis incognita discursu quodam cognoscere, cum illarum intellectus sine eo res percipiat. Hinc iam patet 1.mo recte quidem Nominalem ee scientiam ex antiquioris vocabulo Dialecticam, et recentiori à Posteriorib. Peripateticis invento Logicam. Utrumq n. Cicerone interprete significat rãonem sive artem disserendi.

...gica cur sit inventa.
...æ sint rãonis vitia.
...gicæ finis proprius
...rãonis vitia duantur et non ...tus.
...ntellectus humanus.
...ntellectus substiarum separatarum.
...ag, Dialectica, et Logica Cu... significat rãonem sive ar... disserendi.

Disserere a. præcipue nil aliud significat, quam ex

ex ijs, q̃ nota sunt, incognita aliquo modo, id est
vel definitione vel divisione, vel argumentatione,
eaq vel probabili vel necessaria investigare et pate
facere. Dico, p̃cipuè, nam licet interdum idem valeat quod
sermone uti, interdum etiam (et quidem apud Artem in
Topicis frequentissimè) idem quod probabiliter de re
quavis disputare, tn ab illa significatione potius quam
ab his imposita sunt nomina Dialecticæ et Logicæ,
tumq per ea, ut præcipua sint magisq Philosophica quam
hæc, tum etiam quod hæc scientia potissimum circa actio
nes rationis proprias, ea videlicet dirigendo versetur
id quod nomen hoc Logica expressè denotat. Quare cum
finis Dialecticæ sit rationem et viam tradere,
quâ incognita ex cognitis aperiantur, præ
cipuum autem disserendi significatum magisq accom
modatum ad Philosophos sit incognita ex cognitis aperire,
perspicuum relinquitur recte nominatam esse hanc scienti
am et Dialecticam et Logicam. Æquum est ait Artes
lib. 2. de Aia c. 1. res à fine appellari. Patet
etiam in 2do q̃nam sit naã huius artis: cum n. pro
prius ac immediatus finis cuiusq habitus sit pro
pria eius operatio, omnes autem potentiæ et habitus
per proprias operationes definiri debeat. Proprius de
niq et immediatus Dialecticæ finis est docere
quonam pacto sit disserendum, efficitur non meliq naã
eius explicari posse, quam si definiatur rão et doctrina
bene disserendi, quod tn non ita intelligendum est quasi
ipsa sola disserat (cum id omnib. scientijs et artibus li
beralibus commune sit) sed quod sola doceat quo pacto
sit disserendum, vel clarius, quonam pacto mens nostra
rectè et sine errore disserat, id est, ignota ex notioribus
investiget, ad eamq rem rãones, leges formet ac præcepta

definitio vocabuli dis
serere præcipua.

Præcipuum disserendi signif
tum est incognita ex cog
tis aperire.

res à fine debent appellari

Finis Dialecticæ proprius
immediatus.

Naã Logices dr rão
drna bene disserendi
quomodo sit illigendum

tradat. Haec de fine, nominib: et naa Dialectices, Vide Fonsec. 2. Meta. c. 3. q. 1. s. 2. et Conimb. in Logic. q. 4. prooem. art. 1.

QVAESTIO. 3.a

Quodnam sit subiectum Logices?

Pro huius q̃stionis explicatione notandum 1.mo subiectum tribus modis sumi. Primo pro altera parte propositionis de qua aliquid videlicet prædicatur. 2.do pro subiecto cui inhæret accidens. 3.o pro illa re circa quam versatur aliqua scientia. Primum subiectum prædicationis 2.dum subiectum inhæsionis. 3. subiectum attributionis de quo solo hic agimus. Cum n. scientiarum tractatores subiectum alicuius artis vel scientiæ inquirunt, non dubitant de subiecto inhæsionis, in quo videlicet ars vel scientia aliqua inhæreat, cum perspicuum sit eas omnes in intellectu inhærere, multo minus de subiecto p̃dicationis, sed tm̃ de subiecto attributionis ad quod videlicet cognoscendum sive etiam agendum aut efficiendum tota scientiæ cura refertur. Notandum 2.o subiectum huiusmodi attributionis 3plex ee; Adæquatum sive Totale quod scilicet omni ex parte respondet scientiæ, ita ut nec plura nec pauciora contineat, quam ipsa scientia. Partiale, q. nihil aliud est quam præcipua pars subiecti adæquati. Et minus partiale quod etiam partiale dr̃ et est quævis alia pars subiecti adæquati, vel aliquid aliud ad aliud quovis modo spectans. V. g. subiectum adæquatum Physicæ est corpus naale. Partiale est Coelum. Minus partiale Elementa, nix,

biectum 3plex cuiusq̃ scia
Prædicationis.
Inhæsionis.
Attributionis.

biectum attributionis 3plex
Adæquatum sive totale.
Partiale est p̃cipuum
Minus partiale, minus p̃cipuum.
Exempla.